



JOHN CARTER BROWN
LIBRARY



Acquired with the Assistance of the
ST. MARIANA DE PAREDES
FUND

ES 18

Recivi el D^o D^o Antonio Peral con n^o treinta, y dos por la
compostura y trasida de papel que entro en esta compostura
para que el D^o D^o Baxo, pague lo que ungo xxxiii años
1^a diesta en Muscati el 2^o de Mayo de 1782

Antonio Peral
y Maria

~~P~~

Petrus de Argas, Valdez Alencar

Argas Valdez Alencar
Carmina Arguid

AVGVSTVS.

Officiū propriū B.
 M.V.de Mercede Dp. 10
 mai.
 8 S.Caetani Conf.Sem. 13
 9 SS.Iusti,& Pastoris M. 17
 Dup.2.C.
 23 S.Philippi Benitij Cōf. 23
 Sem.
 30 S.Rosæ de S. M. Virg. 14
 Dup.1.C.cum Oct.

SEPTEMBER.

Die Dominica infra
 oct.Natiuit. B.M. Offi 13
 ciū de Sanct. Nomine
 B.M.V.Dup.mai. 15
 28 S.Venceslai Mart.Sem 26
 Ad lib.

OCTOBER.

1 S.Remigij Ep.& Conf 8
 Sem.Ad lib.
 Officiū propriū SS

Rosarij B. M. V. Dup,
 mai.
 S. Francisci Borgiæ
 Conf.dup.2.C,
 S.Eduardi Conf. Sem.
 S.Hedvvigis Vid.Sem
 Ad lib.
 S. Petri Paschafij Ep.
 & M.Dup.

S.Raphaelis Arch,Dp.
 14

NOVEMBRIS.

In Festo Patrocini B.
 V.M,Dup.mai.
 S. Didaci de Alcala
 Conf.Sem.
 S.Eugenij Ep.& M.Dp.
 15
 Officiū Despōlationis
 26
 B.V.M.Dup.mai.

DECEMBER.

8 In Festo Conceptionis
 B.M.V.Dup.2.C. cum
 Oct.



OFFICIUM
 QUINQUE PLAGARUM
 D. N. JESV-CHRISTI
 FERIA VI. POST CINERES.
 DUPLEX MAJUS.
 AD VESPERAS.

Antiphon.

Verè languores nostros ipse tulit,
& dolores nostros ipse portavit.

Psalms 105.

Redidi, propter quod lo-
cutus sum: * ego autem hu-
miliarurus sum nimis.

Ego dixi in excessu meo: * Omnis
homo mendax.

Quid retribuam Domino, * pro
omnibus que retribuit mihi?

Calicem salutaris accipiam: * &
nomen Domini invocabo.

Vota mea Domino reddam co-
muni omni populo eius: * pretiosa

in conspectu Domini mors San-
ctorum eius.

Domine quia ego servus tuus:
ego servus tuus, & filius ancillæ

meæ.

Dirupisti vincula mea: * tibi sa-
crificabo hostiam laudis, & nomen
Domini invocabo.

Vota mea Domino reddam in
conspectu omnis populi eius, * in
atruis domus Domini, in medio
tui Jerusalem.

Ant. Verè languores nostros
ipse tulit, & dolores nostros ipse
portavit.

Ant. Ipse autem vulneratus est
propter iniquitates nostras, attritus
est propter scelera nostra.

Psalms 116.

AD Dominum, cum tribularem,
clamavi: * & exaudivit me.

Domine libera animam meam à
labijs iniquis, * & à lingua dolosa.

Quid datur tibi, aut quid appo-
natur tibi * ad linguam dolosam?

Sagittæ potentis acutæ, * cum car-
bonibus desolatorijs.

Heu mihi, quia incolatus meus
prolongatus est: habitavi cum ha-
bitantibus Cedar: * multum inco-
la fuit anima mea.

Cum

Cum his qui odérunt pacem, eram
pacificus, * cum loquēbar illis, im-
pugnabat me gratis.

Ana. Ipse autem vulneratus est
propter iniquitates nostras, attri-
tus est propter scelera nostra.

Ana. Alligavit Dominus pla-
gam Populi sui, & percussuram
ejus sanavit.

Psalms. 139.

ERipe me Dōmine ab hōmine
malo: * viro iniquo eripe me.
Qui cogitaverunt iniquitates in-
corde: * tota die constituēbant
prælia.

Acuērunt linguas suas sicut serpen-
tis: venēnum aspidum sub labiis
eorum.

Gustōdi me Dōmine de manu pec-
catoris: * & ab hominibus inquis
ēripe me.

Qui cogitavērunt supplantāre gre-
ssus meos: * abscondērunt superbi
laqueum mihi.

Et funes extendērunt in laqueum:
* juxtā iter scandalum posuērunt
mihi.

Dixi Dōmino: Deus meus es tu:
* exaudi Domine vocem depra-
cationis meæ.

Dōmine, Dōmine virtus salūtis,
meæ: * obumbrāsti super caput
meum in die belli.

Ne tradas me Dōmine à desiderio
meo peccatoris: * cogitavērunt con-
tra me, ne dilinquis me, ne for-
tē exaltentur.

Caput circūitus eōrum: * labor
labiōrum ipsōrum opēriet eos.

Cadent super eos carbōnes, in ig-
nem dejicies eos: * in miseriis non
subsistent.

Vir linguosus non dirigētur in
terra: * virum injūstum mala ca-
pient in intēritu.

Cognōvi quia faciet Dōminus ju-
diciū inopis, & vindictam pau-
perum.

Verūmtamen justī confitebuntur
nomini tuo: * & habitabunt recti
cum vultu tuo.

Ana. Alligavit Dominus pla-
gam Populi sui, & percussuram
ejus sanavit.

Ana. Omnis, qui transibit, stu-
pebit super omnes plagas ejus.

Psalms. 140.

Domine clamavi ad te, exau-
di me: * intēde voci meæ
cum clamāvero ad te.

Dirigatur oratio mea sicut incen-
sum in conspēctū tuo: * elevati-
ōnū meārum sacrificiū
pertinūm.

Pone Dōmine custōdiam ori meo
* & ostium circumstantiæ labi-
meis.

Non declines cor meum in verbis
malitię, * ad excusandas excusa-
tiōnes in peccatis.

Cum hominibus operantibus in
iniquitatem: * & non comunicābunt
cum electis eōrum.

Corripiet me justus in misericō-
dia, & increpābit me: * oleum
autem peccatoris non impigu-
caput meum.

Quōniam adhuc, & oratio mea
beneplacitis eōrum: absorti su-
juncti petre judices eōrum.

Audient verba mea, quōniam p-
tuerunt: * sicut crasitudo ter-
erupta est super terram.

Dispata sunt ossa nostra secus in-
anum: * quia ad te Dōmine, Dō-
mine oculi mei: in te speravi, non
auferas animam meam.

Custodi me a laqueo, quem statu-
erunt mihi: * & a scāndalis operan-
tium iniquitatem.

Cadent in retiaculo ejus peccato-
res: * singulariter sum ego, donec
transieram.

Ana. Omnis, qui transibit, stu-
pebit super omnes plagas eius.

Ana. O vos omnes, qui transi-
tis per viam, attendite, & videte,
si est dolor sicut dolor meus.

Psalmus. 141.

Voce mea ad Dōminum cla-
mavi: * voce mea ad Dōmi-
num deprecatus sum.

Effundo in conspectu ejus oratio-
nem meam, * & tribulationem
meam ante ipsum pronuntio.

In deficiendo ex me spiritum meum,
* & tu cognovisti semitas meas.

In via hac, qua ambulabam, * abs-
conderunt laqueum mihi.

Considerabam ad dexteram, & vi-
debam: * & non erat qui cognos-
ceret me.

Periit fuga a me. * & non est qui
requirat animam meam.

Clamavi ad te Dōmine, * dixi: tu
es spes mea, portio mea in terra
viventium.

Intende ad deprecationem meam:
* quia humiliatus sum nimis.

Libera me a persequentibus me: *
quia confortati sunt super me.

Educ de custodia animam meam
ad confitendum nōmini tuo: * me
spectant iusti, donec retribuas mihi.

Ana. O vos carnes, qui transi-
tis per viam attendite, & videte, si
est dolor sicut dolor meus.

CAPITULUM. *Isaia. 55.*

Christus vulneratus est prop-
ter iniquitates nostras, attri-
tus est propter scelera nostra, cu-
jus livore sanati sumus.

HYMNUS.

PAnge lingua gloriōsi
Lauream certaminis,
Et super Crucis trophæo
Dic triumphum nobilem:
Qualiter Redemptor orbis
Immolatus vincet.

De Parentis protoplasti
Frangere Factor consolens,
Quando pomi noxialis
In necem morsu ruit:
Ipse lignum tunc notavit,
Damna ligni ut solveret.

Hoc opus nostræ salutis
Ordo depoposcerat,
Multiformis proditoris
Ars ut artem falleret
Et medellam ferret inde,
Hostis unde leserat.

Quando venit ergo sacri
Plenitudo temporis,
Missus est ab arce Patris
Natus orbis Conditor,
Atque ventre Virginali
Carne amictus prodiit.

Vagit infans inter arcta
Conditus præsepia:
Membra pannis involuta
Virgo Mater alligat:
Et Dei manus, pedesque
Stricta cingit fascia.

Sempiterna sit beata
Trinitati gloria,

Aequa Patri, Filioque;
Par decus Paraclito;
Unius Trinique nomen
Laudet uiversitas Amen.

✠. Videbunt, in quem transfixerunt.

✠. Et dolebunt super eum, ut in morte Primogeniti.

Ad Magnifica, Antiphona.

Dum in Cruce penderet Unigenitus Dei Filius, & ab omnibus subsanaretur, Mater ejus Virgo Maria, ipsum verum Deum, & hominem condolens venerabatur.

ORATIO.

DEus qui Unigeniti filij tui passione, & per quinque vulnera ejus sanguinis effusione, humanam naturam peccato perditam reparasti: tribue nobis, quæ sumus, ut qui ab eo suscepta vulnera veneramur in terris, ejusdem preciosissimi Sanguinis fructum consequi mereamur in caelis. Per eundem Dominum nostrum &c.

Et fit com. fer.

Ad Matutinum: Invitatorium.
Christum in Cruce confixum, quinque plagis vulneratum, ✠ Venite adoremus.

Psal. Venite exultemus &c.
HYMNUS,

Pange lingua gloriosi lauream certaminis, &c. ut in *Vesperis.*

IN I. NOCTURO.

Ant. Quis est, qui venit de E-dom. tinctis vestibus de Boira?

Psalms. 10.

IN Domino confido: quomodo dicis anime mea: Transmiga in montem sicut passer?

Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum, paraverunt sagittas suas in pharetra, ✠ ut sagittent in obscuro reclus corde.

Quoniam quæ percussisti, destruxerunt: ✠ justus autem quid fecit? Dominus in templo sancto suo, ✠ Dominus in caelo sedes ejus: Oculi ejus in pauperem respiciunt ✠ plapebræ ejus interrogant filios hominum.

Dominus interrogat justum & impium. ✠ qui autem diligit iniquitatem, odit animam suam.

Pluet super peccatores laqueos: ✠ ignis, & sulphur, & spiritus procellarum; pars calicis eorum.

Quoniam justus Dominus, & justitias dilexit: æquitatem vidit vultus ejus.

Ant. Quis est qui venit de E-dom tinctis vestibus de Bosra?

Ant. Quare rubrum est indumentum tuum, & vestimenta tua sicut calcantium in torculari.

Psalms. 14.

Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo? ✠ aut quis requiescet in monte sancto tuo? Qui ingreditur sine macula, ✠ & operatur justitiam.

Qui loquitur veritatem in corde suo, qui non egit dolum in lingua sua.

Nec fecit proximo suo malum; & opprobrium non accepit adversus proximos suos.

Ad nihilum deductus est in conspectu ejus malignus: ✠ timentes autem Dominum glorificat.

Qui jurat proximo suo, & non de

pit, * qui pecuniam suam non
t ad usuram, & munera super
ocentem non accepit.

facit hæc, * non movebitur
eternum.

Isa. Quare rubrum est indu-
tuum tuum, & vestimenta tua
t calcantium in torculari?

Isa. Torcular calcavi solus, &
Gentibus non fuit Vir mecum.

Psalms 23.

Domini est terra, & plenu-
do ejus; * orbis terrarum,
universi, qui habitant in eo.

Isa. ipse super maria fundavit
terram: * & super flumina prepara-
vit eam.

is ascendet in montem Domi-
ni: * aut quis stabit in loco sancto
domini?

recens manibus, & mundo cor-
de: * qui non accepit in vano ani-
mum suam, nec juravit in dolo
proximo suo.

accipiet benedictionem à Do-
mino, * & misericordiam à Deo
patris sui.

ec est generatio quærentium
faciem, * quærentium faciem Dei
Jacob.

collite portas principes vestras,
elevamini portæ æternales: *
introibit Rex gloriæ.

quis est iste Rex gloriæ? * Do-
minus fortis, & potens: Dominus
terrens in prælio.

collite portas principes vestras,
elevamini portæ æternales: *
introibit Rex gloriæ.

quis est iste Rex gloriæ? * Domi-
nus virtutum ipse est Rex gloriæ.

B

Isa. Torcular calcavi solus, &
de Gentibus non fuit Vir mecum.

Ps. Foderunt manus meas, & pe-
des meos.

Ps. Diruerunt omnia ossa
mea.

De *Isaia* Propheta,

LECTIO I. *Cap. 15.*

Quis credidit auditui nostro?
& brachium Domini cui re-
velatum est? & ascendet si-
cut virgultum coram eo, & sicut
radix de terra sitientis: non est spe-
cies ei, neque decor, & vidimus
eum, & non erat aspectus, & de-
sideravimus eum. Despectum, &
novissimum virorum virum dolo-
rum, & scientem infirmitatem, &
quasi absconditus vultus ejus, &
despectus: unde nec reputavimus
eum. Vere languores nostros ipse
tulit, & dolores nostros ipse por-
tauit: & nos putavimus eum quasi
leprosum, & percusum à Deo, &
humiliatum. Ipse autem vulneratus
est propter iniquitates nostras, at-
tritus est propter scelera nostra:
disciplina pacis nostræ super eum,
& livore ejus sanati sumus. Tu au-
tem Domine &c.

Ps. Gratificavit nos Deus in di-
lecto filio suo: * In quo habemus
redemptionem per sanguinem ejus
in remissionem peccatorum.

Ps. Ecce venit plenitudo tempo-
ris, in quo misit Deus filium suum
in terras. In quo habemus.

LECTIO II.

Omnēs nos quasi oves erravi-
mus unusquisque in viam
suam declinavit; & posuit Domi-
nus

nus

mus in eo iniquitatem omnium nostrum. Oblatus est, quia ipse voluit, & non aperuit os suum: sicut ovis ad occisionem ducetur, & quasi Agnus coram tondente se obmutescet, & non aperiet os suum. De angustia, & de iudicio sublatus est: generationem ejus quis enarravit? Quia abscissus est de terra viventium propter scelus populi mei percussit eum. Et dabit impios pro sepultura; & divites pro morte sua: eo quod iniquitatem non fecerit, neque dolus fuerit in ore ejus. Et Dominus voluit conterere eum in infirmitate. Tu autem Domine &c.

¶ Nos, qui aliquando eramus longe facti sumus prope sanguinem Jesu Christi: * Ipse est pax nostra, qui fecit utraque vnum.

¶ A Domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris. Ipse est pax nostra.

LECTIO III. Cap. 63.

Quis est, qui venit de Edom tinctis vestibus de Bosra? Iste formosus in stola sua, gradiens in multitudine fortitudinis suae. Ego, qui loquor iustitiam, & progugnator sum ad salvandum. Quare ergo rubrum est indumentum tuum, & vestimenta tua sicut calcantium in torculari? Torcular calcavi solus, & de Gentibus non est Vir mecum: calcavi in furore meo, & conculcavi eos in ira mea, & aspersus est sanguis eorum super vestimenta mea, & omnia indumenta mea inquinavi: dies enim ultionis in corde meo, annus Re-

demptionis meae venit, circumspice & non erat auxiliator, quæsi, non fuit qui adjuvaret. Tu autem Domine &c.

¶ In primogenito ex matre complacuit omnem plenitudinem vinitatis inhabitare, & per eum conciliare omnia in ipsum: * Pacificans per sanguinem Crucis ejus: sive quæ in Coelis, sive quæ in terris sunt.

¶ Ipse est caput corporis Ecclesie in omnibus primatum tenens. Pacificans per sanguinem Crucis eius. Gloria Patri. Pacificans.

IN II. NOCT.

Ana. Foderunt manus meas, & pedes meos, dirimeraverunt ossa mea.

Psalmus. 21.

DEUS Deus meus, respice in me: quare me dereliquisti? longe à salute mea verba delictorum meorum.

Deus meus clamabo per diem, & non exaudies: * & nocte, & non ad insipientiam mihi.

Tu autem in sancto habitas, * Iacob Israel.

In te speraverunt patres nostri: speraverunt, & liberaisti eos.

Ad te clamaverunt, & salvi facti sunt: * in te speraverunt, & non sunt confusi.

Ego autem sicut vermis, & non homo, * opprobrium hominum, abjectio plebis.

Omnes videntes me deriserunt me: * locuti sunt labijs, & moverunt caput.

Speravit in Domino, eripiat eum.

* Ia.

* saluum faciat eum, quoniam
vult eum.

Quoniam tu es, qui extraxisti me
de ventre: * pes mea ab uberibus
matris mea. In te projectus sum
ex utero.

De ventre matris meę Deus meus
es tu, * ne discesseris à me.

Quoniam tribulatio proxima est *
quoniam non est qui adjuvet.

Circumdederunt me vituli multi:
* tauri pingues obfederunt me.

Apetuerunt super me os iuui: *
sicut leo rapiens & rugiens.

Sicut aqua estufus sum: * & disper
sa sunt omnia ossa mea.

Factum est cor meum tanquam cera
liquefscens * in medio ventris mei.

Aruit tanquam testa virtus mea,
& lingua mea adhesit faucibus me
is: * & in pulverem mortis de
dixisti me.

Quoniam circumdederunt canes
multi: * conciliua malignantium
obfedit me.

Foderunt manus meas, & pedes
meos: * dinumeraverunt omnia
ossa mea.

Ipsi vero consideraverunt & ins
pexerunt me: * diviserunt sibi ves
timenta mea, & super vestem meam
miserunt sortem.

Tu autem Domine ne elongaveris
auxilium tuum à me: * ad defen
sione meam cõspice.

Erue à fraatua Deus animam meam:
* & de manu canis unicum meam.

Salva me ex ore leõnis: * à corni
bus unicornium humilitatem meam.

Narrabo nomem tuum fratribus
meis: * in medio ecclēsie laudabo
te.

Qui timētis Dõminum, laudate
eum; * universum semen Jacob
glorificate eum.

Tumcat eum cuncte semen Israel:
* quoniam non spreuit, neque
despexit deprecationem pauperis.

Nec avertit faciam suam à me: *
cum clamarem ad eum, exaudivit
me.

Apud te laus mea in' ecclēsia mag
na: * vota mea reddam in cons
pectu timentium eum.

Edent pauperes, & saturabuntur:
& laudabunt L. õn. inum qui requi
runt eum: * vivent corda eõrum
in seculum seculi.

Reminiscētur & convertētur ad
Dõminum * universi fines terrę.

Et adorabunt in conspectu eius *
universę familię Gēntium.

Quoniam Dõmini est regnum: *
& ipse dominabitur Gēntium.

Manducaverunt & adoraverunt
omnes pingues terrę: * in cons
pectu eius cadent omnes qui des
cendunt in terram.

Et anima mea illi vivet: * & semen
meum serviet ipsi.

Annuntiabitur Dõmino generatio
ventura: * & annuntiabunt cali
nositiam eius, pópulo qui nasce
tur, quem fecit Dominus.

Ara. Foderunt manus meas,
& pedes meos, dinumeraverunt
omnia ossa mea.

Año. A planta pedis usque ad
verticem non est in eo sanitas.

Psalmus 65.

Iubilate Deo omnis terra, psal
mum dicite nomini eius: * da
te gloriam laudi eius.

Di

Dicite Deo, quam terrificis sunt
opera tua Domine! * in multitu-
dine virtutis tuę mentientur tibi
inimici tui.

Omnia terra adoret te, & psalat
tibi: * psalmum dicat nomini tuo.
Venite, & videte opera Dei: * ter-
ribilis in conspectu super filios ho-
minum,

Qui convertit mare in aridam, in
flumine pertransibunt pede: * ibi
letabimur in ipso.

Qui dominatur in virtute sua in
aeternum, oculi eius super Gentes
respiciunt: * qui exasperant, non
exaltentur in semetipsis.

Benedicite Gentes Deum nostrum:
* & audiam facite vocem laudis
eius.

Qui posuit animum meum ad vi-
tam: & non dedit in remotionem
pedes meos.

Quoniam probasti nos Deus: *
igne nos examinasti, sicut: exa-
minatur argentum.

Induxisti nos laqueum, posuisti
tribulationes in dorso nostro: *
imposuisti homines super capita
nostra.

Transivimus per ignem & aquam,
* & eduxisti nos in refrigerium.
Introibo in domum tuam in ho-
locaustis: * reddam tibi vota mea,
que distinxerunt labia mea.

Et locutum est os meum, * in
tribulatione mea.

Holocauista medullata offeram tibi
cum incenso arborum: * offeram
tibi voves cum hircis.

Venite, audite, & narrabo, omnes
qui timeatis Deum, * quanta fecit
animę meę.

Ad ipsum ore meo clamavi, * &
exaltavi sub lingua mea.

iniquitatem si aspexi in corde meo.
* non exaudiet Dominus.

Propterea exaudivit Deus, * &
attendit voci deprecationis meę.
Benedictus Deus, * qui non amo-
vit orationem meam, & miseri-
cordiam suam a me.

Añã. A planta pedis usque ad
verticem non est in eo sanitas.

Añã. Vulnus, & livor, & plaga
comens non est circumligata, nec
curata medicamine, neque fota
oleo.

Psalmus. 75.

Notus in Judæa Deus: in Is-
rael magnum nomen eius.
Et factus est in pace locus eius: &
habitatio eius in Sion.

Ibi confrēgit potentias arcuum,
* scutum, gladium, & bellum.

Illuminans tu mirabiliter a mon-
tibus æternis: * turbati sunt omnes
insipientes corde.

Dormierunt somnum suum: * &
nihil invenerunt omnes visi divi-
tiarum in manibus suis.

Ab increpatione tua Deus Jacob
* dormitaverunt qui ascenderunt
equos.

Tu terrificus es, & quis resistet
tibi? * ex tunc ira tua.

De cęlo audiam fecisti iudicium:
* terra tremuit, & quievit.

Cum exurgeret in iudicium Deus,
* ut salvos faceret omnes manu-
fucos terre.

Quoniam cogitatio hominis con-
fitebitur tibi: * & reliquę cogita-
tionis diem festum agent tibi.

ovete, & reddite Domino Deo
vestro, * omnes qui in circuitu eius
stertis munera.

Terribili, & ei qui aufert spiritum
principum, * terribili apud reges
terra.

Ana Vulus, & libor; & plaga tu-
nens non est circumligata nec cu-
rata medicamine, neque fota oleo.

¶ Vere langores nostros ipse
tulit.

¶ Et dolores nostros ipse por-
tauit.

De Sermon: Sancti Bernardini
Abbati.

Lib. de Pass. Domini cap. 41.

LECTIO IV.

Captus est Jesus post plurimas
illusiones, tam Judæorum,
quam Gentium: post sanguinis plu-
res effusiones; clavis in manibus ma-
nibus simul, & pedibus perforatur:
& configitur ligno Crucis Salva-
tor noster mitissimus Jesus. Intue-
re, & respice rosam Passionis san-
guine, quomodo rubet in indicium
ardentissime charitatis: ista, ut plus
ardeat, illa, ut plus rubeat. Tu au-
tem Domine &c.

¶ Per mortem destruxit Jesus
eum, qui mortis habebat imperium.

* Ut liberet eos, qui timore mor-
tis obnoxij erant servituti.

¶ Unde debuit per omnia fra-
tribus assimilari, ut misericors fie-
ret. Ut liberaret.

LECTIO V.

Vide quomodo hoc flore rose,
floruerit optima viciis nostra
cubicundus Jesus: Vide totum cor-

pus sicuti rose sanguine. Quomodo decebat eum qui multos filios in gloriam

pus, sicuti rose sanguine, quomodo
non invenias. Inspice manum unam,
& alteram, si florem rose non in-
venias in utraque. Inspice pedem
unum, & alterum, numquid non
rosei? Inspice lateris aperturam, quia
nec illa caret rosa, quamvis ipsa rub-
rubea sit, propter mixturam aquæ:
quia sicut narrat Evangelista, cum
vovus militum lancea latus eius per-
forasset, exivit sanguis, & aqua.
Tu autem Domine &c.

¶ Per hominem moysi, & per
hominem resurrectio mortuorum. *

Et sicut in Adam omnes peccave-
runt, ita in Christo omnes vivifi-
cabuntur.

¶ Novissime autem inimica de-
struetur mors. Et sicut.

*Ex eodem D. Bernardo Sermon.
de Passione Domini.*

LECTIO VI.

Respice Domine Sanctæ Pa-
ter de Sanctuario tuo, & de
excelsis Coelorum habitaculo: &
intuere hanc Sacrosanctam Hostiam,
quam tibi offert Magnus Ponti-
fex noster Sanctus Puer tuus Do-
minus Jesus, pro peccatis fratrum
suorum, & esto placabilis super
multitudinem malitiæ nostræ. Cog-
nosce Pater tunicam Filij tui Jo-
seph: heu fera pessima devoravit
eum, & conculcavit in furore suo
vestimentum eius. Ecce quinque
scissuras lamentabiles in eo reliquit.
Tu autem Domine &c.

¶ Videmus Jesum propter Pas-
sionem mortis gloria, & honore
coronatum. * Ut pro omnibus
gustaret mortem.

76. Decebat enim, qui multos il-
lios in gloriam adduxerat, aucto-
rem salutis eorum per passionem con-
summata. Ut pro omnibus. Gloria
Patri. Ut pro omnibus.

IN III. NOCTURNO.

Ana. Quid sunt plagæ istæ in
medio manuum tuarum.

Psalmus 95.

Cantate Domino canticum
novum: * cantate Domino
omnis terra.

Cantate Domino, & benedicite no-
mini eius: * annuntiate de die in
diem salutare eius.

Annuntiate inter Gentes gloriam
eius: * in omnibus populis mirabi-
lia eius.

Quoniam magnus Dominus, &
laudabilis nimis: * terribilis est su-
per omnes deos.

Quoniam omnes dij. Gentium dex-
monia: * Dominus autem cœcos
fecit.

Confessio, & pulchritudo in cons-
pectu eius: * sanctimonia, & mag-
nificencia in sanctificatione eius.

Afferte Domino patrię Gentium
afferte Domino gloriam, honorem,
* afferte Domino gloriam nomi-
ni eius.

Tollite hostias, & introite in atria
eius: * adorare Dominum in atrio
sancto eius.

Commoveatur à facie eius univer-
sa terra: * dicite in Gentibus quia
Dominus regnavit.

Etenim correxit orbem terrę, qui
non commovebitur: * iudicabit po-
pulos in æquitate.

Lætentur cœli, & exulet terra,

commoveatur mare, & plenebit
eius: * gaudebunt campi, & om-
nia quę in eis sunt.

Tunc exultabunt omnia ligna sil-
varum à facie Domini, quia venit

* quoniam venit iudicare terram
iudicabit orbem terrę in æquitate.

* & populus in veritate sua.

Ana. Quid sunt plagæ istę in
medio manuum tuarum.

Ana. His plagatus sum in domo
eorum, qui me diligebant.

Psalmus 96.

Dominus regnavit, exulet ter-
ra: * lætentur insulę multa.

Nubes, & caligo in circuitu eius
* iustitia, & iudicium correctio fe-
dis eius.

Ignis ante ipsum præcedet, & in-
flamavit in circuitu inimicos eius.

Illuxerunt fulsura eius orbis terrę
* vidit, & commota est terra.

Montes sicut cera fluxerunt à facie
Domini: * à facie Domini omni-
terra.

Annuntiaverunt cœli iustitiam eius
* & viderunt omnes populi glo-
riam eius.

Confundantur omnes, qui ado-
rant sculpilia: * & qui gloriantur
in simulacris suis.

Adorate eum omnes Angeli eius
* audivit, & lætata est Sion.

Et exultaverunt filij Iudeę * prop-
ter iudicia tua Domine.

Quoniam tu Dominus altissimus
super omnem terram: * nimis exal-
tatus es super omnes deos.

Qui diligitis Dominum, odite ma-
lum: * custodit Dominus anima
sanctorum suorum, de manu pec-

catoris liberabit eos.

Lux orta est iusto, * & rectis corde lætitia.

Lætamini iusti in Domino: * & confitemini memorię sanctificat onis eius.

Ana. His plagatus sum in domo eorum, qui me diligebant.

Ana. In amaritudine sermo meus est, & manus plage mee aggravata est super gemitum meum.

Psalmus. 97.

CAntate Domino canticum novum: * quia mirabilia fecit. Salvavit sibi dextera eius, * & brachium sanctum eius.

Notum fecit Dominus salutare suum: * in conspectu Gentium revelavit iustitiam suam.

Recordatus est misericordię suę, * & veritatis suę domui Israel.

Viderunt omnes termini terre * salutare Dei nostri.

Iubilate Deo omnis terra: * cantate, & exultate, & psallite.

Psallite Domino in cithara, in cithara & voce psalmi; * in tubis ductilibus, & voce tubę corneę.

Iubilate in conspectu Regis Domini: * moveatur mare, & plenitudo eius; orbis terrarum, & qui habitant in eo.

Flumina plaudent manu, simul montes exultabunt à conspectu Domini: * quoniam venit iudicare terram.

Iudicabit orbem terrarum in iustitia, * & populos in æquitate.

Ana. In amaritudine sermo meus est, & manus plage mee aggravata est super gemitum meum.

Ipsa vulneratus est propter iniquitates nostras

Ipsa vulneratus est propter iniquitates nostras.

Attritus est propter scelera nostra.

Lectio Sancti Evangelij secundum Ioannem.

Lectio vii. Cap. 19.

IN illo tempore sciens Iesus, quia omnia iam consummata sunt, ut consummaretur scriptura, dixit sitio, Et reliquit.

Homilia Sancti Cyrilli Episcopi Alexandrini.

Lib. 21. Comment. in Ioan.

Cum ab inmanibus Judæis esset impetrata, nec quicquam iam ad summam crudelitatem reliquum esset ad extremum Casu Christi Sanctissima proprium quiddam, ac naturale rursus patitur. Multis enim, ac varijs doloribus exsiccata sit torquetur. Graves siquidem dolores magnam ad sitim commovendam vim habent, naturali quodam, & inexplicabili calore humidum consummentes, & igneis ardoribus præcordia vrentes. Tu autem Domine &c.

β. Manifestata est gratia Dei per illuminationem Salvatoris nostri Iesu Christi. * Qui destruxit mortem, illuminavit autem vitam, in incorruptionem.

γ. Liberavit, & vocavit nos vocatione sua Sancta per gratiam, quæ data est nobis in Christo. Qui destruxit.

LECTIO. VIII.

Consummatum esse ait impietatis iudicium, & im-

*iudicium
nunc sebi unde animum
quid enim*

enim Iudæi intentatum relique-
runt; aut quid non extremè cru-
delitatis adhibuerunt? Quod sup-
plicij, aut contumeliæ genus præ-
termiserunt? Quam obrem iure,
consummatum est, ait: sed hora
iam eum ad prædicandum spiriti-
bus, qui apud inferos erant, invi-
tante. Advenit enim, ut mortue-
rum, ac vivorum dominaretur;
ipsam pro nobis mortem suscepit,
communem hanc naturæ nostræ pas-
sionem sustinuit in carne sua. Tu
autem Domine &c.

℞. Dignus es Domine accipere
lignum, & aperire signacula eius,
quoniam occisus es, & redemisti
nos Deus * In sanguine tuo.

℣. Fecisti enim nos Deo nostro
regnum, & Sacerdotes, In sanguine
tuo, Gloria Patri In sanguine tue.

LECTIO 9. de Fel.

AD LAUDES, ET PER

Horas.

Ant. Ve. è languores nostros
ipse tulit, & dolores nostros ipse
portavit.

Psalmus. Dominus regnavit cum
reliquis de Dominica.

Ant. Ipse autem vulneratus est
propter iniquitates nostras, attri-
tus est propter scelera nostra.

Ant. Alligavit Dominus pla-
gam populi sui, & percussuram
eius sanavit.

Ant. Omnis qui transibit stupe-
bit super omnes plagas eius.

Ant. O vos omnes, qui transi-
tis per viam attendite, & videte, si
est dolor sicut dolor meus.

CHRISTOL. I. Jan. 53.
Christus vulneratus est prop-
ter iniquitates nostras attri-
tus est propter scelera nostra, cu-
jus livore sanati sumus.

HYMNUS.

L Ultra lex qui jam pergit.
Tempus implens corporis,
Sponte libera Redemptor
Passioni deditus,
Agnus in Crucis levatur
Inmolandus stipite.

Felle potus ecce languet,
Spina, clavi, lancea
Mite corpus perforarunt;
Vnda manat, & cruor:
Terra, pontus, astra mundus,
Quo lavantur flumine!

Crux fidelis, inter omnes
Arbor vna nobilis:
Silya talem nulla profert
Fronde, flore, germine:
Dulce ferum, dulce lignum,
Dulce pondus sustinent.

Flecte ramos arbor alta,
Tensa laxa visera,
Et rigor lentelcat ille:
Quem decit nativitas;
Et superni membra Regis
Tende mitti stipite.

Sola digna tu fuisti
Ferre mundi Victimam;
Atque potum preparare
Arca mundo naufrago,
Quam facer cruor perunxit,
Fusus Agni corpore.

Sempiterna sit beate
Trinitati gloria,
Aqua Patri, Filioque;
Par decus Paraclito:
Unius Trinique nomen
Laudet, univertitas. Amen.

¶ Videbunt in quem transfixe-
runt.

¶ Et dolebunt super eum, ut in
morte Primogeniti.

Ad Benedictus.

Ant. Unus militum lancea latus
aperuit, & continuo exivit san-
guis, & aqua.

ORATIO.

Deus, qui Unigeniti Filij tui
Passione, & per quinque
vulnera ejus sanguinis effusione,
humanam naturam peccato perdi-
tam reparasti: tribue nobis ques-
umus, ut qui ab eo suscepti vulne-
ra veneramus in terris, ejusdem
preciosissimi Sanguinis fructum con-
sequi mereamur in cœlis. Per eum.
In Dominum &c.

inde commemoratio Ferie.

AD PRIMAM.

Ant. Verè languores, &c.

AD TERTIAM.

Ant. Ipse autem.

Capitulum. Christus vulneratus est.

¶ *Br.* Foderunt manus meas, &
pedes meos. Foderunt.

¶ *Ant.* Dinumeraverunt omnia ossa

mea. Et pedes. Gloria Patri. Fo-
derunt.

¶ *Ant.* O vos omnes, qui transitis
per viam.

¶ *Ant.* Attendite, & videte dolo-
rem meum.

AD SEXTAM.

Ant. Aligavit Dominus.

Capitulum. *Isaia.* 50.

Et auribus meis non averti ab incre-
pationibus, & conspuentibus in me,
quia dominus meus, auxiliator meus, &
non sum confusus.

¶ *Br.* Vere languores nostròs
* ipse tulit. Verè.

¶ *Ant.* Et dolores nostros ipse por-
tauit. Ipse tulit. Gloria Patri. Ve-
re languores.

¶ *Ant.* Disciplina pacis nostrę super
eum.

¶ *Br.* Et livore eius sanati sumus.

AD NONAM.

Ant. O vos omnes.

Capitulum. *Isaia.* 53.

Tradidit Christus in morte animam
suam, & cum sceleritatis reputatus
est, & ipse peccata multorum tulit,
& pro transgressoribus rogavit.

¶ *Br.* Ipse vulneratus est, * prop-
ter iniquitates nostras. Ipse.

¶ *Ant.* Attritus est propter scelera
nostra. Propter iniquitates nostras.

Gloria Patri. Ipse vulneratus est.

¶ *Ant.* Oblatus est, quia ipse voluit.

¶ *Br.* Et non aperuit os suum.

AD VESPERAS.

Antiphonę, Psalmi, Capitulum,
Hymnus, & Versus, ut in primis
Vesperis.

Ad Magnificat Antiphona.

EGO sum vestra Redemptio:
manus meę, quę vos fece-
runt, clavis confixę sunt: propter
vos flagellis cęsus sum, spinis coro-
natus sum, aquam petij pendens,
& acetum porrexerunt, in scam
meam fel dederunt, & in latus lan-
ceam: mortuus, & sepultus resur-
rexi: vobiscum sum, & vivo in
æternum.

MIS

UT IN MISSALI ROMANO
IN MISSA DE PASSIONE

D. N. Jesu-Christi præter
sequentia.

ORATIO.

Deus, qui Unigeniti Filii
tui Passione, & per quin-
que vulnera ejus Sanguinis ef-
fusione, humanã naturam pec-
cato perditam reparasti: tri-
bue nobis quæsumus, ut qui
ab eo suscepta vulnera vene-
ramur in terris, ejusdem pre-
tiosissimi Sanguinis fructum
consequi mereamur in coelis.
Per eundem Dominum &c.

*Deinde in commemoratio fer-
Secreta.*

MAjestati tuæ, quæsumus
Domine. accepta sit
dona, in quibus ipsa Unigeni-
titi tui vulnera tibi offerimus
nostræ prætia libertati. Per eu-
dem Dominum.

Et fit commemoratio fer.

Post Communio.

Refecti vitalibus alimen-
tis, quæsumus Dominum
Deus noster, ut qui vulnera
Domini nostri Jesu Christi ho-
die devote colimus, hæc in
nostris cordibus impressa mor-
tibus, & vita teneamus. Per
Dominum &c. *Et fit com. fer.*

DECRETUM.

Officium proprium, & Missa Quinque Plagarum D. N: I. C.
fuit concessum pro Monialibus S. Marie Angelorum Civitatis
Florentiæ, ex Decr. S. R. C. die 4. Julij 1733. Deinde extensum per
speciale Decr. eiusd. S. R. C. die 5. Maij 1739. pro Prætribus So-
cietatis Jesu Provinciarum Peruntinæ, Mexicanæ, Paraguatensis, Chi-
lensis, Quitensis Novi Regni, ac Philippinarum in Indijs Occidentibus,
ut ipsi singulis annis 1. die Veneris Quædæ, aut alia Feria non
impedita, suprædictum Officium, & Missam celebrare possint, & va-
leant. Posteaque simile Indultum extensum pariter est per particula-
ria Decreta Sacr. Rit. Congr. pro Archiepiscopatibus Limano, Fla-
tensi, Pacensi, & Sanctæ Crucis in Regno Peruviano, ut ab omnibus Se-
cularibus, & Regularibus utriusque sexus, qui ad Horas Canonica
tenentur suprædictum Offic. & Missa eodem die, respectivè, celebra-
ri valeat.



IN FESTO.

S. FRANCISCI

SOLANI.

ORDINIS MINORUM OBSERVANTIUM DUPLEX.
Cum Lectionibus, secundi, & tertij Nocturni, ac Oratione, pro die
festi, & eius Octava in tota Religione S. Francisci, ex Decr. 26.
Junij, 1751. ac pro alijs, quibus ex Indulto Apostolico con-
cessum est à SS. D. N. Clem. X., scilicet: in Oppido Montillæ, Ci-
vitate Limæ, & Provincia Theucumanæ, sub die 25. Januarij 1675.

ORATIO.

DEus, qui plurimas Ame-
ricæ gentes per Bea-
tum Franciscum ad sinum Ec-
clesiæ perduxisti, ejus meritis,
& precibus indignationem tu-
am à peccatis nostris averte,
& in gentes, quæ te non cog-
noverunt, timorem nominis tui
benignus immite. Per Domi-
num nostrum &c.

LECTIONES SECUNDI NOC-
turni. Lectio iv.

FRANCISCUS SOLA-
NUS Montillæ, hispaniæ
Castellæ oppido, nobili genere na-
tus, ac Domini timorem jam in
puero edoctus, Apostolico

muni, quod erat postea sus-
cepturus, in ea ætate prælusit.
Nam condiscipulos, & natu-
maiores ardenti oratione ad pæ-
nitentiam hortari, dissidentes
componere, res humanas con-
temnere, Divinas serio medi-
tari solitus erat. Adolescens in
Ordinem Fratrum Minorum
Observantium nomen dedit, in
eoque asperioris disciplinæ, hu-
militatis, ac pietatis exemplis
oculos omnium ad se trahere
cepit. Lectulus illi juncorum
strues, pro indusio cilicium,
quod grandi fune ita stringe-
bat, ut latera acerrime discru-
ciaret. Noctu se flagris, & ca-
tenis

Soy del Hermiteno Fr. Cayetano
Vargas, Valde Villanueva
Vargas

BAG 87

C36/00

